

in iram ceperat crudeliter agere, dehonestare personas ecclesiasticas et ecclesias devastare, præter maximas depopulationes et cedes, quas in dicti (?) deductum vulgus et populum per villas et oppida permissus vel potius iussus exercitus extendebat ^{a)}). Unde quia posuerat (in) carnem brachium suum ⁴¹⁾ et plus de sevitia quam de iustitia confidebat, erecta est et agravata manus Domini ⁴²⁾ contra eum et omnem multitudinem bellatorum, in qua plures ^{b)} iam languoribus quam vulneribus occumbebant ^{c)}). Ad hec Ioachim, quem unctio ^{d)} docuerat universa sciens, quod esset futurum de presenti negotio, ut incessantes cedes adhimeret, si Cesaris quonatus inanes revelatio ^{e)} ex parte refrenaret, accessit audacter ^{f)} ad eum et primo quantum licuit super inhonoratione ^{g)} Dei et sancta (?) eius et clerum virosque religiosos et inhumanitate in omni terre populo reprehendit, annuncians in populum et gentem eius desuper propter predicta processisse sententiam, cunctosque secum, nisi cito resipiscerent et abscederent ^{h)}, perituros, affligendos tamen propter excessus etiam cum redirent. At ne in aliquo feroces barbarorum animi et superbi cunei multitudinis armatorum pro rei magnitudine dubitarent, ad hominem, quem sensum et scientiam vidit intelligere propositionum ⁱ⁾ ⁴³⁾, conversus adiecit: „Futurum est etiam ut Tyrum et regem eius rex deiciat Babillonis ⁴⁴⁾, ut ipse postquam feceris sic, pro sententia que, ut dixi, merito est supra vos egressa, confusus, revertaris et capias regnum Siciliæ sine bello, que facile tibi per Ezechielem et aliorum prophetarum verba probantur“; eumque per suas auctoritates ^{k)} scripturarum Dei hominem in his que eum credi deberent putari vix poterant, miraretur ^{l)}). Commisit ^{m)} eum cuidam madescalco ⁴⁵⁾, qui per medium gentis ⁿ⁾ effere ^{o)} non parcentis ordini vel etati salvum dedu-

^{a)} extendebat *His.* ^{b)} plus *His.*, *B.*; plures *L.* ^{c)} oder occubabant; occubebant *His.*, *B.*; ut ... occumberent *L.* ^{d)} unctio *His.*; [n]unctio *B.*; unctione super eum coelitus perfusa videns ... *L.* ^{e)} revelato *His.*, *B.*; revelato ex parte mysterio refr. *L.* ^{f)} haudacter *His.*, *B.* ^{g)} quantum licuit in oratione, eum de tanta in Dominum virosque religiosos ac omnem clerum patrata crudelitate redarguit *L.* ^{h)} abscederet *His.*, *B.* ⁱ⁾ propositionem *His.*; ad quendam praevisum sensu et scientia sermonumque intelligere verba advertens inquit *L.* ^{k)} hautoritates *His.*; persua[sisse] hautoritati *B.* ^{l)} mirare[n]tur *B.* ^{m)} commissit *His.*, *B.* ⁿ⁾ gentes *His.*, *B.*; gentis *L.* ^{o)} efferret *B.*

⁴¹⁾ Vgl. 2. Par. 32, 8.

⁴²⁾ Vgl. 1. Reg. 5, 6.

⁴³⁾ Vgl. Dan. 8, 23.

⁴⁴⁾ Vgl. Ezech. 26—28 auch zum Folgenden.

⁴⁵⁾ S. o. S. 501.